

Responſione, vel in Causis §. 2. exceptis dupli-  
ca a die insinuatæ ſententiæ computandus to-  
tus decurrito.

## §. 67.

Quod de Evictione statutum eſt, idem &  
de ulteriori Evictione per Eviictorem nefors  
provocata, ſive de superevictione intelligen-  
dum eſt.

## §. 68.

Si ex Decisione Controversiæ ſuper Evi-  
ctione appareat, eandem temere, ac ſolum-  
modo Litis remorandæ Cauſa interpoſitam  
fuifle, Jus eſto adverſario in Cauſa Principali  
Indemnitatem ſuam ob dama, e protractione  
Cauſæ ſibi enata, poſtulare.

## C A P U T V.

### *De Reconventione.*

## §. 69.

R̄eus Conventus, ſi juſtam Cauſam Actorem  
extraneum reconveniendi habere credat,

Re-

Reconventionem coram Judice, coram quo postulatus fuerit, instituere potest, & quidem tamdiu, donec super Actoris petitione finalis sententia lata sit, Actio tamen Reconventionis separato Libello proponi deberet, neque a Reo cum Responsione sua confundi potest.

Respectu vero intraneorum hæc tunc dunt taxat, dum de debito quopiam Pecuniario, unde unde promanante, ab utrinque agitur, locum habeat.

---

## C A P U T VI.

*De Jure, & Obligatione agendi, & excipiendi in Judicio.*

§. 70.

**C**uicunque Leges liberam res suas admis-  
trandi potestatem non circumscripse-  
re, ei integrum est, Jus suum adversus quem-  
cunque in Judicio persequi, ac tueri.

§. 71.